

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CCXXXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

A. 1577.

PARS QUARTA.

567

Comitatu Mompelgartenſi, niſi quod quinque recuſarunt ſubſcriptiones, quibus conceditur ſpatium deliberandi. In Marchionatu Badensi omnes ſubſcripte- runt, præter paucos admodum in ditione Rötelensi, quos proculdubio ſolus perturbavit D. Joannes Jacobus Grynæus, qui neque calidus eſt neque frigidus. Datum eſt & illis, ſed breve, deliberandi ſpacium. ILLUSTRISSIMUS meus Princeps dicebat mihi : Man fan und foll diſes Werck von aines Neidigen Schaaff oder zwayer wegen nicht erſigen laſſen. Cingiani valde laborant, ut Conventum Prin- cipum in hoc negocio impediāt, ſed, ut plane conſido, nihil obtinebunt. Video enim, piorum Principum noſtrorum animos pie adverſus iſtas technas obſir- matos & munitos eſſe, Dominus iſpos in hoc ſancto proposito conſervet & con- firmet porid. Accepimus jam aliquot ſubscripta exemplaria ex iis locis, in- quibus ( posteriore profectione noſtra ) ſubſcriptionem petivimus : reliqua in- dies expectamus. Cum autem Argentina ſit ex præcipuis Germaniæ Civita- tibus, valde gratam rem faceret ILLUSTRISSIMO meo Principi ſenatus ille inclutus, ſi ſubſcriptionem maturaret. Sic enim exemplaria citius ad Eleſtores mitti poſſent. Quia in re, quæſo, ut R. tua elaboret, quantum quidem licebit. Et credo, negocium etiam per Clarissimum Virum D. D. Ludovicum Grempium promoveri plurimum poſſe, quem ex me falvere ut jubeat tua R. valde oro. Bene & fæliciter Valeat R. tua, & ex me Dominos Collegas & fratres, inprimis D. Flinnerum ſalutare non gravetur. Salutant Tuam R. D. præpoſitus Stud- gardianus & reliqui noſtri Collegæ. Datae Studgardiæ raptim 24. Octobris Anno 1577.

Tua R.

dediſſi.

Lucas Oſiander D.

CCXXXIV.

Salutem in Iesu Christo. Venerande & clarissime  
Vir, Domine & Praeceptor colende.

UTI factum eſt cum M. Ruperto aliud, quam ſperaſſemus, gratum tamen nobis accidit, quod tua H. nobis loco iphius M. Sebaſtianum miſit, præ- ſertim cum videatur, illi in omnis generis donis; quæ ministro verbi necessaria ſunt, conferendus. Ita autem fecimus : poſtquam auditus ſemel atque ite- rum à nobis & noſtriſ fuit, declaravimus Senatui ſententiam noſtram ſcripto;

Bbbb 3.

cum-

cumque sciremus optare eum sibi virum, præter cætera, auctoritate etiam spe-  
ciale, nominavimus præ omnibus D. D. Jeremiam, quem si nobis permit-  
tere nollet, petiimus, ut vel Würtebergensem à Dn. Bidenbachio nullum, vel  
hunc M. Sebastianum nobis permetteret, inque ministerio conjungeret. Re-  
dilibera, decretum fuit, ut M. Sebastianus reciperetur, reliquis præteritis.  
Et si autem non pauci à vehementia Spiritus, quæ in D. Jeremia est, sibi merue-  
runt, boni tamen quique existimarent, fieri posse, ut ministerio etiam gravis  
accideret ea, quam præ se fert, auctoritas, siquidem, quæ sibi videretur, con-  
tra nos etiam facturus, atque ita concordiam nostram perturbaturus esset. Nos,  
quod decretum fuit, gratum habuimus, & adduximus M. Sebastianum ad  
Scholarchas, qui eum receperunt nomine Senatus, promissis ei in annum stipendi-  
um 150. fl. & decem saccis frumenti, si maritus hat, augebitur ei stipendi-  
um, ut habeat illud nobiscum æquale. Tempus adventui ejus non est certum  
præfinitum, sed permittitur ei mensis unus atque alter. Quod reliquum est,  
gratiam habemus tuæ H. quæ nobis bono collega prospexit, & vicissim parati-  
sumus ad omnia humanitatis officia vobis etiam pro viribus exhibenda. Col-  
laudamus etiam Dominum DEUM nostrum, qui bene omnia nobiscum fecit.  
Salutamus omnes nos ministri hujus Ecclesiæ tuam H. & omnes vestros in Do-  
mino. Francofurti, 24. Octobr. Anno 77.

T. II.

*observantiss.*

Petrus Patiens, nomine meo,  
& fratrum Collegarum.

## CCXXXV.

**D**E conventu Smalkaldico quod tam altum est silentium, et si miror, cum  
soleant ejusmodi actiones tam solennes mox spargi etiam ante eventum;  
Spem tamen foveo, non sine fructu exiturum, & protractione dagi à Domino  
consilia, quæ sint salutaria Ecclesiæ. Quod amplissimus magistratus vester in  
Cælestini postulatione sapientissime pronuntiavit, se nolle Zuinglianorum con-  
fessioni annumerari, argumento est, veram doctrinam se amplecti & tueri con-  
stituisse. Atque hoc magis condonandum est, si quid humani patitur ob civiles  
rationes, quo minus consenserit in subscriptionem, quia spem fovere bonam  
possimus, vel ad versantum importunitate impulsu iri, ut aliquando plenius  
suam sententiam patet faciat. De me quod scribis, intelligo pietatem & cha-  
rita-